VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Seite 127r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



alienigena. Et steterunt ⁊ confitebantur pec
cata sua ⁊ iniquitates patrum suorum. Et consur
rexerunt ad standum ⁊ legerunt in uolumine le
gis dni dei sui quater in die ⁊ quater confitebā
tur ⁊ adorabant dnm dm suum. Surrexerunt
aut sup gradum leuitarum iosue ⁊ bani cedmi
hel remni abani ⁊ sarabias bani chanani
⁊ clamauerunt ad dnm dm suum. Et dixerunt
leuite cedmihel iosue ⁊ bonni asebia sere
bia arebia odaia sebna fataia. Surgite bn
dicite dno deo nro ab eterno usq in eternum ⁊ bn
dicant noi glie tue excelso in omni bndiccone
⁊ laude. Tu ipe dne solus tu fecisti celum
celorum ⁊ omne exercitum eorum terram ⁊ uniuersa
que in eis sunt ⁊ tu uiuificas omnia hec et
exercitus celi te adorat. Tu ipe dns ds qui
elegisti abram ⁊ eduxisti eum de igne chalde
orum ⁊ posuisti nomen eius abraham ⁊ inuenisti
cor eius fidele coram te ⁊ percussisti cum eo fedus
ut dares ei terram chananei ethei amorrei
⁊ ferezei ⁊ iebusei gergesei ut dares se
mini eius ⁊ implesti uerba tua quia iustus es ⁊
uidisti afflictionem patrum nrorum in egypto
clamoremq eorum audisti sup mare rubrum
⁊ dedisti signa ⁊ portenta in pharaone ⁊ in
uniuerso pplo terre illius. Cognouisti enim quia
superbe egerunt contra eos ⁊ fecisti tibi nomen
sicut ⁊ in hac die ⁊ mare diuisisti ante eos
⁊ transierunt p medium maris in sicca persecu
tores aut eorum proiecisti in profundum quasi
lapidem in aquas ualidas ⁊ in columpna nu
bis ductor eorum fuisti p diem ⁊ in columpna
ignis p noctem ut appareret eis uia p quam
ingrediebantur. Ad montem quoq synai descen
disti ⁊ locutus es cum eis de celo ⁊ dedisti
eis iudicia recta ⁊ legem ueritatis. Cerimo
nias ⁊ precepta bona sabbatum sanctificatum
ostendisti eis ⁊ mandata ⁊ cerimonias ⁊
legem precepisti eis in manu moysi serui tui
panem quoq de celo dedisti eis in fame eorum
⁊ aquam de petra eduxisti eis sicientibus.
⁊ dixisti eis ut ingrederentur ⁊ possiderent
terram sup quam leuasti manum tuam ut trade

res eis. Ipsi uero ⁊ patres nri superbe egerunt ⁊ in
durauerunt ceruices suas ⁊ non audierunt man
data tua ⁊ noluerunt audire ⁊ non sunt re
cordati mirabilium tuorum que feceras eis ⁊
induraunt ceruices suas ⁊ dederunt caput
ut reuerterentur ad seruitutem suam quasi p con
tencionem tu aut ds propicius clemens ⁊ miseri
cors longanimis ⁊ multe miserationis non
deliquisti eos. Et quidem cum fecissent sibi
uitulum conflatilem ⁊ dixissent iste est deus
tuus qui eduxit te de egypto. Feceruntq
blasphemias magnas tu aut in misericordiis
tuis multis non dimisisti eos in deserto. Colum
pna nubis non recessit ab eis p diem ut du
ceret eos in uiam ⁊ columpna ignis p noctem
ut ostenderet eis iter p quod ingrederentur
⁊ spm tuum bonum dedisti qui duceret eos ⁊
reduceret ⁊ manna tuum non prohibuisti ab ore
eorum ⁊ aquam dedisti eis in sitim xl annis
pauisti eos in deserto nichilq eis defuit ues
timenta eorum non inueterauerunt ⁊ pedes
eorum non sunt attriti ⁊ dedisti eis regna ⁊
pplos ⁊ partitus es eis sortes ⁊ possede
runt terram seon ⁊ terram regis basan ⁊ filios
eorum multiplicasti sicut stellas celi ⁊ adduxi
sti eos ad terram de qua dixeras patribus
eorum ut ingrederentur ⁊ possiderent ⁊ uenerunt
filii ⁊ possederunt terram ⁊ humiliasti coram
eis habitatores terre chananeos ⁊ dedisti
eos in manibus eorum ⁊ reges eorum ⁊ pplos terre
ut facerent eis sicut placebat illis. Ce
perunt itaq urbes munitas ⁊ humum pin
guem ⁊ possederunt domos plenas cunctis
bonis cisternas ab aliis fabricatas uineas
⁊ olyueta ⁊ ligna pomifera multa ⁊ come
derunt ⁊ saturati sunt ⁊ habundauerunt
deliciis in bonitate tua magna. Prouoca
uerunt aut te ad iracundiam ⁊ recesserunt a te
⁊ proiecerunt legem post terga sua ⁊ prophetas
tuos occiderunt qui contestabantur eos ut
reuerterentur ad te. Feceruntq blasphemias
grandes ⁊ dedisti eos in manu hostium suorum
⁊ afflixerunt eos ⁊ in tempore tribulacionis